



V Valafridus insigni pietate & felici ingenio erat præditus. Itaque literarum amore fese in S. Galli monasteriū, scholam eo tempore celeberrimam, cōtulit, ut suum ingenium optimis artibus excoleret. Hinc factum ut audiendo & legēdo doctissimis uiris annumeratus fuerit. Cum hoc modo feliciter pergeret, atque abbas diuitis Augiæ in lacu Veneto mortuus esset, in eius locum hic Valafridus communi Monachorum consensu duodecimus Abbas electus fuit, Anno octingentesimo quadragesimo secundo. Verùm is nihilominus in literarū cultu perrexit, & suo exemplo Monachos ad omnis generis uirtutes pellexit. Scripsit enim

uarias rerum præteritarum Historias, præterea petente Gothofredo abbatे S. Gallensi, uitas S. Galli, & S. Othmari. Cum hoc modo per septem annos eo in loco magna gloria præfuisse, uiam uniuersæ carnis ingressus, Volcoinum successorem habuit. Trit, Stumpff, lib. 5. cap. 12.